

c. xvii. 30. Secundum hæc erit, qua die Filius hominis revelabitur; subdit enim: In illa hora qui fuerit in tecto, & vase ejus in domo, non descendat tollere illa. Vide etiam Luc. xviii. 7. & xix. 39. &c xxii.

6. Inquit quoque Apostolus ad Philipp. iv. 5. Dominus prope est: quod de Christo Judge explicandum est, venturo vel ad mortem non longe futuram illorum, ad quos scribit, vel ad liberandos Fideles suos a Iudeorum impotentiâ: quod paucis inde annis contigit in populi illius terribili calamitate atque ruina. Idem vero Apostolus Hebreos ad fidem Christi conversos, & a se tribus in sua incredulitate obdutatis vexatos, sperare jubet pacem Hebr. x. 25. consolantes, & tanto magis quanto videritis appropinquantem diem. Terribilis autem quædam expectatio Judicii, & ignis æmulatio, que consumpta est adversarios. Tum ad patientiam eos hortatur versiculo 37. hoc subdens: Adhuc enim Molicum aliquantulum, qui Venturus est, Veniet, & non tardabit. Ita & Jacobus in Epist. sua. v. 7. Patienter igitur esto, fratres, usque ad Adventum Domini. Et infra: Patienter igitur esto & confirmate corda vestra, quoniam Adventus Domini appropinquit. Ecce Iudex ante januam adficit. Conjugenda quoque cum hisce locis sunt; que concordi doctrina Johannes Apostolus tradidit in Epist. i.e.c.18. scribens: Filioi, novissima hora est; & sicut auditis, quia Antichristus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt (de Gnosticis Hæreticis, qui Ecclesiam Dei tunc infestabant, loquitur) unde scimus, quia novissima hora est. Infra addit: Filioi, manete in eo, ut quum apparuerit, babeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in Adventu ejus. Hæc & alia similia referre ad universale Judicium magno cum incommmodo concoris; & deceptos imaginari Apostolos Christi, blasphemiam saperet. Ergo praeter solemnum & gloriosum Christi Adventum, quem in fine Mundi Christiani qui que expectamus, alios illius Adventus in Scripturis sacris indicatos videmus; hoc est, aut ad mortem singulorum Fidelium, ad quos Apostoli scribent, aut ad Templi & Reipublicæ Judaicæ postrema fata, paucos post annos subsequata: quod & S. August. agnovit lib. xx. cap.v. de Civ. Dei. Quos autem tunc viventes hortatur Johannes, ut quum Christus apparuerit, habeant fiduciam (apparitum vero brevi satis prodit) hos cap. subsequenti vers. 2. aliis hisce verbis solator: Carissimi, nunc filii Dei sumus; & nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quoniam quum apparuerit, similes ei erimus; quoniam videbimus eum: sicuti est. Si hec, uti videtur, cum precedentibus coherent, jam habes, non expectasse Justos Resurrectionem Corporum in postremo Judicio, ut ad summam Beatitudinem, & Visionem Dei admitterentur. Hoc ipsum vero edocuit Apostolus idem a Christo dilectus, Apoc. 2. 25. Tamen id, quod habetis, tenete, donec veniam. Et infra cap. 3. 3. Si ergo non vigilaveris, veniam ad te tamquam fata, & nescies, qua hora veniam ad te. Et rursus eodem cap. 3. 11. Quoniam servasti verbum patientie meæ, & ego servabó te ab hora tentationis, que ventura est in orbem universum tentare habitantes in terra. Ecce

V-